



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal: Gregorii IX.**

**Herberstein, Ferdinand von  
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo**

**Spirens., 1660**

2. Quae species creditorum magis communes? an hypothecarij  
chirographarijs praeferendi?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11416**

diunt. *L. 1. C. de privileg: fis:* Atq; hoc extra dubitationis aleam ponitur cum res extant: quid si non extent amplius? Veluti apud argentarium deposuisti pecuniam, ea non reperitur in bonis eius, quid juris? Respondet *Accurs:* in *L. 7. §. quoties ff. depositi.* postponi deponentem privilegiis realibus, anteponi personalibus. Rectius absque distinctione alii respondent, post privilegia, deponentis rationem haberi. *Cujac:* in *L. 8. ff. depos.*

2. Porro creditores hypothecarii sunt, vel chirographarii: hypothecarii, qui pignus habent, seu expressum seu tacitum; chirographarii propriè quidem dicuntur, quib' chirographo cautum est: sed nos latius chirographarios vocabimus omnes, qui personalem duntaxat actionem habent, non autem hypothecariam. *L. 3. Licet. 7. L. eos. 9. C. qui potior. in pig:* Utrorumque contentio dirimitur summa hac juris regula, hypothecarii præferuntur chirographariis. *L. etsi quis. 14. §. 1. ff. derelig: & sumpt: fun.* Perpetua tamen regula non est, eximendus enim est is, qui in funus impendit, qui quamvis chirographarius est, ta-

est, tamen omnibus creditorib' etiam hypothecariis antecessor. *L. etsi quis. 14. §. 1. L. sunt persona 43. ff. de regul. & sumpt. fun.* Neq; distinguimus inter expressam & tacitam hypothecam habentes: utrifq; preferitur funerans, ut rectè sentit *Bald: tract: de pig: cap. 6.* Excipiendi etiam sunt sumptus, qui necessariò fiunt ad proscriptio- nem bonorum: item debitore defuncto ad insinuationem testamenti, confectio- nemque inventarii, similesvè hæreditatis causas. *L. ult. §. in computat. C. de jur. delib:*

3. Reliquis ergo chirographariis sum- motis, si plures sint hypothecarii à se invi- cem discriminandi sunt ita: Alii tantum hypothecam, alii hypothecam & privile- gium habent. Privilegium verò causa æsti- matur. Quare nec hypotheca nec tem- poris prærogativa propriè privilegium est. *L. privilegia 32. ff. de reb. auct. jud: poss:* Qui hypothecam & privilegium habent præferuntur iis, qui hypothecam tantum. Ex dictis autem primum locum tribui- mus fisco agenti ex causa primipilari. *L. 3. & ultim: Cod. de primipilar.* secundum lo- cum obtinet, qui ad militiam emendam